Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

Illvstriss. ATQ. Excellentiss

urn:nbn:de:bsz:31-95557

ILLVSTRISS. ATQ. EXCELLENTISS.
Domino,

D. DIOMEDI
PACECCO CARRAFÆ.
DVCI MAGDALONI,
Marchioni Argentij, Comiti Cerreti Guardiæ S. Laurentij Maioris, ac Minoris, Pontis Ahdolphi, Sancti Lupi, atquè Petreroyæ.

PHILIPPVS PHINELLA. S. D.

IN Theſauro Gemmarum, Excellentiſs. Domine, inter tot Lapillorum genera, quos, Ego, mea mente reuolui, inueni tandem gemmam quandam, appellatam Hyacinthum: Hæc vero, præ cunctis, à Natura ſibi inditis dotibus, tribus

quidem magis eminet, redditurq; illuſtrior: Prima eſt, quod geſtantis eam in digito anulari, virtutem vitalem fouet, plurimumq; viuificat: Secunda, ingenium acuit, mentiſq; aciem ad altiora extollit: Tertia, à ſagittis præſeruat, à tonitruo, & à fulmine Cęli: Quartam adeo, vt plures linquam, Peſtem fugat, & depellit venena. Sed, Qualis quæſo eſt Theſaurus iſte? Qualis gemma iſta Hyacinthi? vtiq; Præclariſſimum nomen tuum, tot, tantiſq; ſtemmatibus inſignitum: ad ſydera vſq; euectum: Illuſtriſſimum Genus tuum, Excellentiſſimaq; Proſapia tua. Ego quidem libenter,

par-

partum hunc meum Aſtrologicum typis dedi, at vereor, ne lues eum necet: ne venena inficiant: neuè Sagittæ transfigant calumniatorum: iure, igitur, ad Hyacinthum accurro protectionis tuę: tibi enim Opus hoc, qualecunq; (tuis licet meritis impar: Animi tamen mei amplitudine magnum (tibi, inquam dedico, tibi deuoueo, vt tua, hinc Ego fretus ſub vmbra, tuoq; ſuffultus patrocinio, ingenium magis acuam ad altiora, in tuimet obſequium elaboranda.